

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Io. Conr. Steph. Hoellingii Reverendiss. Et Seren. Colon.  
Elect. In Ep. Hild. Consiliarii Ecclesiastici Et  
Svperintendentis Generalis Alfeldensis, cet. Oratio De  
Regimine Ecclesiastico, Qvvm III. ...**

**Hölling, Johann Conrad Stephan**

**Hildesiae, 1728**

[Io. Conr. Steph. Hoellingii Reverendiss. Et Seren. Colon. Elect. In Ep. Hild. Consiliarii Ecclesiastici Et Svperintendentis Generalis Alfeldensis, cet. Oratio De Regimine Ecclesiastico, Qvvm III. ...]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-314186](#)

ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO ORDINI  
AD CONGRESSVS PROVINCIALES, MA-  
IORES ET MINORES,  
DELEGATORVM ET AVGVSTANAE CONFESSIO-  
NI IN EPISCOPATV HILDESIENSI AD-  
DICTORVM,  
VT ET QVI ILLI EST AB ACTIS,  
RESPECTIVE

*PERILLVSTRI ATQVE EXCELLEN-  
TISSIMO DOMINO,*

DOMINO

**CHRISTOPHORO**  
LIBERO BARONI

DE  
**W R I S B E R G ,**

REVERENDISS. AC SERENISSIMO  
COLONIENSIVM ELECTORI A CONSI-  
LIIS INTIMIS, VT ET SERENISSIM. DVC. BRVNSV.  
ET LVNAEB. NEC NON DIOECSEOS HILDESH.  
CONSILIARIO BELLI ET AERARII PVBLICI, ORDI-  
NIS EQVESTRIS EIVSDEM DIOECSEOS DIRE-  
CTORI ET NOBILIVM DVCATVS BRVNSVICO-  
WOLFFENBÜTTELENSIS DEPUTATO SENIORI  
MERITISSIMO, DOMINO IN WRISBERGHOLTZEN,  
WESTELEM, BRVNCKENSEN, BRV-  
NINGHAVSEN, cet.

ILLV-



*ILLVSTRIBVS ET GENEROSIS-  
SIMIS DOMINIS,  
DOMINO*  
**THEDELIO OTTONI**  
*DE  
WALMODEN,*  
**REVERENDISS. AC SERENISS. CO-  
LON. ELECT. IN EPISCOPATV HILDE-  
SIENSI CONSILIARIO AERARII PVBLICI, DOMI-  
NO IN WALMODEN ET HOHENRODE.**  
*DOMINO*  
**GEORG. WILHELMO**  
**BOCK DE WÜLFFING,**  
**REVERENDISS. AC SERENISS. COLON.**  
**ELECT. IN EP. HILD. CONSILIARIO AERARII**  
**PUBLICI, DOMINO ELTZAE ET IN WÜLFFING.**  
*DOMINO*  
**PHILIPPO AVGVSTO**  
**BOCK DE WÜLFFING,**  
**DOMINO GRONAVII ET IN WÜLFFING.**

DOMINO  
FRIDERICO DE STEINBERG,  
MAGNAE BRITANNIAE REGI POTEN-  
TISSIMO A CONSILIIS BELLI, EIVSDEMOVE NOBILI  
CVBICVLARIO, DOMINO IN BRÜGHEIM,  
ACHHEIM, cet.

DOMINO  
PHILIPPO CHRISTOPHORO  
DE STEINBERG,  
DOMINO BODENBURGI, SALTZDET-  
FVRTI ET IN WERDER, cet.

DOMINO  
FRIDERICO DE STEINBERG,  
SEREN. ET POTENT. REGIS BRITANNICI  
PRAEPOSITO CVBICVLI UT ET PRAEFECTO  
SVMMO IN DYNASTIA BRVNSTEINensi, DOMINO  
IN WISPENSTEIN, IMSHAVSEN, SACK,  
DÜSTERTHAL, cet.

AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, DO-  
CTISSIMO QVE DOMINO,  
DOMINO  
DAVIDI GEORGIO STRVBE,  
REVERENDISS. ET SEREN. COLON. ELECTOR.  
IN EP. HILD. CONSILIARIO ECCLESIASTICO, ASSES-  
SORI IN FORO AVLICO, STATVVMQVE EVAN-  
GELICORVM SYNDICO.

VI-



VIRIS  
**NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS ET  
SPECTATISSIMIS DOMINIS**  
**CONSULIBVS, SYNDICIS,**  
**CAMERARIIS,**

RELIQVISQVE  
**ORDINIS SENATORII MEMBRIS QVA-  
TVOR CIVITATVM, ALFELD, PEINE, BOCKE-  
NEM et ELTZE, AD CONVENTVM MAIOREM  
STATVVM PROVINCIALIVM HILDESIEN-  
SIVM DELEGATARVM,**

**DOMINIS FAVORIBVS ATQVE  
AMICIS SVIS HONORATIS-**

**SIMIS,**

**FELICITATEM SEMPERNAM!**

**Chri.**





## CAMERARIIS

Hristianorum coetum domicilium fidei & templum Dei esse sacra volumina nos docent: \* Aedificatores eiusdem sunt Sacerdotes, qui homines per doctrinam aedificantes & quasi lapidem super lapides ponentes, domum Dei componunt. Quemadmodum enim qui aedificium exstruunt incuruos & tortuosos lapides ferro dolant eosdemque postea iungunt, lapides enim non laeuigati lapidibus non cohaerent; ita etiam Ecclesiae Doctores vitia hominum, tamquam nodos, acutis increpationibus circumcidere hominesque ita formatos in Ecclesiae structuram introducere debent, alioquin vitiis manentibus Christiani cum Christianis non coa-

---

\* Conf. Lactant. Lib. IV, cap. III. Institut. Diuin. p. 257.



coalescerent. \*\* Quum itaque ministrantium  
in Ecclesia labor requiratur, ut aedificium di-  
uinum ad culmen vsque surgat & perficiatur,  
dignam suo munere collocat operam magistra-  
tus, qui de industriis Ecclesiae structoribus so-  
licitus est. Quicumque autem operi diuino ma-  
nus admouerunt, tam iniuncti laboris, quam  
exempli Paulini probc memores esse debent,  
vt, qualem cunque laborem praestiterint, omnis  
absit gloriatio. \*\*\* Quod si vel ego mecum ha-  
bitem, vires ad durum opus exigucas & quas-  
cumque deprehendo, benignum Diuini Numi-  
nis donum esse facile sentio; Si enim me ipsum  
nescierim, similis euaderem aedificanti sine  
fundamento, ruinam non structuram facienti,  
vt verbis D. Bernhardi vtar. \*\*\*\* De Diuino  
tamen adiumento, quod Seruator Apostolis suis  
promisit, persuasus eodemque fatus sum. \*\*\*\*\*

Quum

\*\* Simile hoc adducitur a Chrysostomo Homil. XL, in Cap. XXI.  
Matth. Tom. III. fol. 678. D. oper. imperf.

\*\*\* 2 Cor. XI, 30.

\*\*\*\* Ille Lib. II. de Considerat. ad Eugenium Col. 1020. A. Noueris,  
inquit, omnia mysteria noueris lata terrae, alta coeli, profunda  
maris: si te nescieris eris similis aedificanti sine fundamento:  
ruinam non structuram faciens. Quidquid exstruxeris extra  
te, erit instar congesti pulueris, ventis obnoxium.

\*\*\*\*\* Matth. XXVIII, 20.



Quum itaque nutu Dei singulari in has regio-  
nes rite vocatus & VESTRIS auspiciis à SERE-  
NISSIMO NOSTRO ELECTORE noua di-  
gnitate in Consistorio Hildesiensi adauctus sim,  
nuncupatione hac publica ingratii animi notam  
a me amoliri meamque erga VOS pietatem  
atque obseruantiam publice contestari volui.  
Accipite ergo munus hoc litterarium, leuidense  
licet, animi tamen mei benevolentiacque VE-  
STRAE testimonium, serena fronte. Et cum  
VESTRI fauoris memoriam nulla obliuio e pe-  
tore meo sit abolitura, Deum Optimum Maxi-  
mum supplicibus veneror precibus, ut cumulo  
prosperitatis VOS beare velit non intermissu-  
ro. Viuite porro felices, in seros annos Ne-  
storis viuite & quod fecistis vel in posterum  
VESTRO fauore me amplectimini. VOS au-  
tem apud illum nulla vñquam dies memori  
aeuo eximet, qui semper permansurus erit,

**NOMINVM VESTRORVM**

respectiue cultor  
submissus & sincerus

IO. CONR. STEPH. HOELLING.

VIR





VIR  
SVMME REVERENDE DOCTISSIMEQVE,

VIRI  
CONSVL TISSIMI, DOCTISSIMI,  
ATQVE AMPLISSIMI,

FAVTORES OMNI AMORIS ET HONORIS OBSEQVIO  
MAXIMOPERE COLENDI,

VOSQVE VIRI PLVRIMVM REVERENDI DOCTIS-  
SIMIQVE FRATRES ATQVE AMICI IN CHRISTO  
SVAVISSIMI.



Ythagoricae doctrinae haud obscurum  
lumen insignis ille Philosophus Dio-  
genes lyrae, suis neruis decenter ac  
omnifariam instructae legibus bene  
constitutam Rempublicam comparat.  
In illa enim moderator summus, offi-  
cio Numinis defungens aequitatis ar-  
te modulatur homines, ut in concentum dulcem varias  
hominum voluntates ac discrepantes opinionum tonos  
congruenter aptet inque suauisonum consensum redigat.  
Exoptata itaque Harmonia ordinate & disposite omnia in  
republica peragenda esse, hac similitudine sapiens ille in-

A

ter

